



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Peccatum insensibilitatis qualiter committatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

*Peccatum insensibilitatis qualiter  
committatur.*

**I**nsensibilitas rarissimum peccatum est, quo quis sine rationabili causa fugit delectationes sensibiles naturales. Et si inuenitur hoc peccatum mortale est: ut si quis horreret intantum delectationes sensibiles, ut necessaria ad cibandum seipsum subtraheret aut negaret debitum uxori, & breuiter necessaria pratermitteret. Aut ex lapidea natura constaret homo talis: ita quod forte non haberet tantum luminis & liberi domini super suam malam complexionem ut mortaliter posset in hoc peccare.

*Inspicientia in quantum oppositum est sapientie peccatum causat.*

**I**nsipientia pro quanto peccatum sonat contrarium sapientie, male affectae mentis ad effectiue iudicandum secundum primam causam, crimen est siue tollat a Deum ut finem suorum operum, siue ut prouisorem, siue totaliter iuxta illud, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Sed tunc usque adeo excacat ut infidelitatem inducat, qui enim primo operatur tanquam qui putat non esse Deum, non multum distat ut putet & dicat in corde tuo non esse Deum.

*Violatio interdicti Ecclesiastici semper est prohibita.*

**I**nterdicti Ecclesiastici violatio peccatum videtur solummodo clericorum, quoniam solis clericis poena indicitur. Nec etiam est clericorum qualitercunque, sed pro quanto exercent aliquid certo ordini deputatum: ita quod nec ipsi clerici violant interdictum, nisi faciendo aliquem actum ordinis. Ex poenis autem irregularitatis & suspensionis ab officio & beneficio, & ineligibilitate & inopostulabilitate &c.